Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

et deus iacob. Dixitq; dnus rursus
ei. Mitte manum tuam in sinum tuum.
Cumq; ille misisset in sinum, protulit
leprosam in specie nivis. Retrahe
ait manum in sinum tuum. Retraxit
et protulit iterum, et erat similis
carni reliquae. Si non credideritq;
tibi, neq; audierit primi
signi verba, credet verbis signi se
quentis. Quod si nec duobus, q̃
dem hijs signis crediderit, neq;
audierit vocem tuam, sume aquam
fluminis et funde ea super arida.
Et quidq̃ hauseris de flumine v̄
tat̄ in sanguinem. Ait moyses ob
secro dne. Non sum eloquens ab
heri et nudius tertius, et ex quo lo
cutus es ad servum tuum, impedito
oris et tardioris linguae sum. Dixit
ad eum dnus. Quis fecit os hominis
aut quis fabricatus est mutum
et surdum, videntem et caecum. Non
ne ego. Perge igitur, et ego
ero in ore tuo, doceboq; te
q̃ loquaris. At ille. Obsecro
mi dne, mitte q̃ missurus es.
Iratus dnus in moysen ait. Aaron
fratrem levitem, scio q̃d eloquens
sit. ecce ipse egredietur in occursum
tuum, videntq; te laetabitur corde.
loquere ad eum, et pones verba mea
in ore eius. Ego ero in ore tuo,
et in ore illius, et ostendam vobis
q̃d agere debeatis. Ipse loquetur
pro te ad plebem, et erit os tuum, tu
autem eris ei in locis quae ad deum
pertinent. Virgam quoq; hanc sume
in manu tua in qua facturus es
signa. Abiit moyses et reversus est
ad socerum suum, dixitq;
ei. Vadam et revertar ad
fratres meos, in egypto, vt videam
si adhuc vivunt. Cui ait se
cero. Vade in pace. Dixit q̃q;
dnus ad moysen in madian. Va
de revertere in egyptum. Mortui
enim sunt omnes qui quaerebant animam
tuam. Tulit ergo vxorem suam, et
filios, et imposuit eos super asinum
reversusq; est in egyptum, portans
virgam dei in manu sua. Dixitq;
ei dnus revertenti in egyptum. Vi
de vt omnia ostenta, quae posui in
manu tua, faciasq; coram pharaone.
Ego indurabo cor eius, et non
dimittet plebem. Dicesq; ad eum
haec dicit dnus, filius primogenitus
filius israel. Dico tibi. Dimitte
filium meum, vt seruiat mihi, et no
luisti eum dimittere. Ecce ego
interficiam filium tuum primogenitum
cuius esset in itinere in diuersorio
occurrit ei dnus, et volebat oc
cidere eum. Tulit illico zephora
acutissimam petram, et incidit
praeputium filij sui, tetigitq; pedes
eius, et ait. Sponsus sanguinum
tu mihi es. Et dimisit eum postq̃
dixerat sponsus sanguinum, ob
circumcisionem. Dixit autem ad aa
ron. Vade in occursum moysi, in
deserto. Qui profectus est, et obuiam
illi in monte dei, et osculatus eum.
Narrauitq; moyses aaron omnia
verba dni, quibus miserat, et
signa quae mandauerat. Venerunt
simul, et congregauerunt cunctos
seniores filiorum israel. Locutusq;
est aaron omnia verba, q̃ dixerat
dnus ad moysen, et fecit signa
coram plebe. Et credidit populus, au
dientes quod visitasset dnus
filios israel, et quod respexisset
afflictionem eorum, et procidentes adora
uerunt. Capitulum quintum.
Post haec ingressi sunt
moyses et aaron, et
dixerunt pharaoni. haec